

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1835

Autre(s) référence(s) : ARTEM 4873

Auteur(s) : Henri Ier Beauclerc, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1118, 7 octobre

Lieu d'émission : Arganchy

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Henri [Ier], roi d'Angleterre, notifie l'accord entre Eude, abbé de Saint-Étienne de Caen et Vital, fondateur de l'abbaye de Savigny, sur la donation de Mortain faite par le comte Guillaume. L'abbé de Caen la cède à l'abbaye de Savigny.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Abrincensis, n° X, col. 111-112.
- b. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Appendix F, n° 2, p. 294.
- c. Chanteux Henry, *Recueil des actes d'Henri Ier Beauclerc, duc de Normandie*, Thèse, École des Chartes, 1932, 3 vol. (dactyl.), t. 2, n° 27, p. 98-102.
- d. Van Moolenbroek Jaap, *Vital l'ermite, prédicateur itinérant, fondateur de l'abbaye normande de Savigny*, Assen-Maastricht, Van Gorcum (Revue de l'Avranchin et du Pays de Granville ; mars 1991, 68, 346), 1990, Preuves, n° 6, p. 266-267.

Indications

Cronne Henry Alfred, Johnson Charles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum 1066-1154*, vol. 2, Regesta Henrici primi 1100-1135, Oxford, Clarendon Press, 1956, n° 1183, p. 142.

Dissertation critique

Datation : "1118, peu après 7 octobre" est proposée par Van Moolenbroek. Voir VAN MOOLENBROEK, p. 266.

Texte établi d'après a

Ego Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum, cum archiepiscopis Radulfo Cantuariensi et Gaufrido Rotomagensi, et episcopis Ricardo Bajocensi, Turgiso Abrincatensi, Rogerio Constantiensi, Will. Exoniensi, Ildeberto Cenomannensi, cum abbatibus etiam et aliis religiosis viris compluribus, qui nobiscum huic definitioni præsentes interfuerunt consulentes, et præsentium memoriae et futurorum scientiæ, omnibus catholicæ

pacis et unitatis cultoribus nostrarum beneficio literarum manifestare decrevimus, qualiter inter Eudonem Cadomensium fratrum abbatem, et Vitalem Saviniensis monasterii fundatorem, super Moritoniensi eleemosyna, quam eidem fratri Vitali ad honorem sanctæ Trinitatis pro amore Dei Willelmus comes contulerat, pacta sit et celebrata concordia. Oportet ergo primum sciri quoniam idem frater Vitalis antequam Saviniensem domum inciperet, eleemosynam prætaxatam concedentibus nobis sine concessione episcopi Abrincatensis, atque suorum et ejusdem loci fratrum, abbati Cadomensi possidendam et ædificandam donavit. Postmodum autem annis fluentibus, in prædicto loco qui Savigneium appellatur, monasterium inchoavit, et ibidem fratres sub beati Benedicti regula congregavit, quorum profecto cum minus sufficeret necessitatibus obviare, habito sæpe cum eisdem consilio, nostram mansuetudinem expetivit, ut in usum ipsius fratrum prænominatam eleemosynam nostra liceret auctoritate repetere: cujus sane petitionis cum in aures ecclesiæ perferretur consilium, placuit omnibus, et factum est ut Cadomensium monachorum concessione, et Eudonis abbatis donatione, et nostra advocazione, præfatam eleemosynam quam per caritatem eis concesserat, per eandem ubique caritatem liberam et quietam et in perpetuum Savigniensi monasterio possidendam reciperet, decedente papa Paschali II, succedente vero in eundem pontificatum II Gelasio, quam nimirum determinationem ne quis in posterum audeat permutare, præsentis pagina prohibemus. Quam procul dubio, ut de cetero rata permaneat et auctoritatis nostræ præferat munimentum, nostro nobis placuit confirmare simul roborare sigillo. Testes etiam ex utraque parte subscribi præcipimus, Stephanum Moritoniensem comitem, Ricardum comitem, Robertum filium regis, Hamelinum Meduanensem. Hæc definitio fuit diffinita et hæc charta sigillata ante me apud Argenteium, teste episcopo Luxoviensi Johanne et Eudone Cadomensium monachorum abbate . . . et comite de Pertico-Rotroco.

(HASKINS, Norman Institutions, Appendix F, n° 2, p. 294)

Ego Henricus Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum, cum archiepiscopis Radulfo Cantuariensi et Gaufrido Rotomagensi et episcopis Ricardo Baiocensi, Turgiso Abrincatensi, Rogerio Constantiensi, Willelmo Exoniensi, Ildeberto Cenomanensi, cum abbatibus etiam et aliis religiosis viris compluribus qui nobiscum huic diffinitioni presentes interfuerunt, consulentes et presentium memori# et futurorum scienti#, omnibus catholic# pacis et unitatis cultoribus nostrarum beneficio litterarum manifestare decrevimus qualiter per Dei misericordiam et nostram instantiam inter Eudonem Cadumensium fratrum abbatem et Vitalem Saviniensis monasterii fundatorem super Moritoniensi elemosina quam eidem fratri Vitali ad honorem Sanct# Trinitatis pro amore Dei Willelmus comes contulerat, pacta sit et celebrata concordia ... [comme dans Gallia Christiana]

Testes enim ex utraque parte subscribi precepimus Stephanum Moritoniensem comitem, Ricardum comitem, Rotbertum filium regis, Hamelinum Meduanensem, Willelmum de Albineio et Nigellum et Hunfridum de Albin[eio], Willelmum camerarium de Tancarvilla, Willelmum Patricium, Thomam de Sancto Iohanne, Willelmum Piperellum de Airam, Gaufridum de Clintona, Rotbertum de Haia Putei, Hugonem de Guilleio, Edwardum Salesberiensem, Rannulfum cancellarium, Iohannem Baiocensis episcopi filium, Rotbertum Peccatum, Gaufridum capellanum, Waltherum de Culleio, Rannulfum de Dusseio.

Hec diffinitio fuit diffinita et hec carta sigillata ante me apud Argenteium. Teste (sic) episcopo Luxoviensi Iohanne et Eudone Cadumensium monachorum abbate et monachis Wino de Allemania et Nigello et comite de Pertica Rotroco et Rogero Marmione et Ricardo capellano et Symone de Molins et Hamelino de Lesclusa.